TILIANI

Amores ancipites

Editio maior
ab auctore curata

Vol. V. (C^M_5)

Salisburgi MMXXVI

Officina Tiliana

In Kommission bei
EDITION TANDEM, Salzburg | Wien
www.edition-tandem.at
Druck: druck.at
Editio altera
ISBN 978-3-903516-48-9

© Θωμᾶς Φιλύρινος, *P.L.*
2026

I. *Futilis hic amor est, qui nesciat utilis esse.*
II. *Utilis ille amor est, qui nolit futilis esse.*
III. *L'amore è il ciel!?* ⊗⊗

I.

Caro

Ei mihi! In intima cordis parte vulnerabar,
Cum Cupidinis me sagitta vehemens icisset.
Plus sex mensibus dolor mihi inhaeret,
Vel potius dicam, desiderium puellae huius cognoscendae.
Sed est, ut semper, via longa: primum non ausus
Mihi ipsi libidinem confiteri, fugere volui.
Deinde, fugiendi impotens, diffusi sensus potentia
Attractissimus, ei propinquare conabar –
Non me reppulit, vult, credo equidem, quamvis
Aliter adamata, nescio autem, si vere adamata.
Debeo rogare, sed timeo repulsam.
Sed rogare mihi opus est, et scire velim.
Diffusus est sensus, incerta anima, nescit,
Si velit, si nolit – amo eam; amone eam?
Cara mihi est, nomen carum, Caro placet!
Amo eam! Sed me amat? Incertum.
Me primum agnoscere, deinde eam, caram, caram. ⊗

Carolina, Carolina,
Mea stella matutina,
Te considero
Simulque desidero. ⊗

Es regnet zwar, doch scheint in mir die sonne
Durch dich, du holde göttin meiner wonne. ⊗

Wie schön ist's, weiß mann sich ein weiblich herz verbunden,
Da sind dann alle schlimmen sorgen schnell verschwunden. ⊗

Ich liebe dich! ob nah, ob fern,
Ich sage dir das immer gern. ⊗

Mein schatz, du wirst dich diplomieren,
Dann wir uns können matrimonisieren! ⊗

Soeben strömte es in regen,
Jetzt sonnt es wieder strahlend schein.
Tu dich nicht sorgen Hubsi wegen,
Es wird schon alles gutti sein. ⊗

„Ich liebe dich“ will meiner Caro sagen
Ich immerdar und bin schon am verzagen,
Weil ich so ferne von dir weile.
Wie freu ich mich auf deine nächste zeile! ⊗

Ein letztes bussi aus der ferne,
Denn morgen komm zurück ich ach so gerne.
Doch brauchst du nicht anleinen mich,
Da feste liebesbande binden mich an dich! ⊗

Ich liebe dich, und du liebst mich,
Das ist das schönste auf der welt:
Da wir uns lieben inniglich,
Auch unsre liebe ewig hält. ⊗

Hell scheint zum fenster die sonne rein,
Doch bist der wahre sonnenschein
Für mich, mein liebling, nur du allein! ⊗

Mia caro-a tortorella,
Lullus te amat bella
In eternità.
Ritornus a casa la sera,
Et gaudet gaudet vera-
Mente delle Lullità.

Tu sei mio profondo amore,
Ti amo dall'intimo core
E dalle altre intimità. ⊗

Caroisches Sonett

Mein mädchen, ich lieb deine titten, die dicken,
Sowie dein heißes, verlangendes möschen.
Denn dieses feuchte, fleischige döschen
Tu ich, beste der besten, so gerne ficken!

Ganz zu schweigen von deinem blasemund,
Der mir vergnügen stiftet stund um stund.
Ich könnte es wahrlich nicht mehr missen,
Wie die weichen lippen wach den minimus küssen.

Hinzu kömmt – nicht zu vergessen – das dritte loch,
Mit seinen engpässen erregend und geil.
Da richtet sich auf, ganz hoch und steil,
Das schwänzchen, wenn's auch gerade war mikro noch.

Den lebensweg gemeinsam durchschreiten
Soll heißen, gemeinsam sich lust zu bereiten. ⊗

Caronisches Couplet

Die zeit, sie will so gar nicht schnell vergehn,
Jedoch in bälde werden wir uns wiedersehn.

Mein schatz! dann endlich wird mein wundes herz
Erholen sich vom langen trennungsschmerz.

Drum freue dich auf deines mannes rück-
Kunft, wähne dich, wie er, im höchsten glück. ⊗

Mein schatz, ich liebe dich und will dich nicht verlieren,
Drum geh mir in den lüften bitte nicht flanieren! ⊗

Caroisches Amorett

Ich, Thommy, liebe dich,
Du, Caro, liebest mich;
Gibt's schöneres hienieden? nein!
Das muß das paradies auf erden sein. ⊗

Un poëma per te

Ych lybe dyr so sehr,
Und lybe dyr noch mehr,
Oh lyblyng lyblyng meyn,
Laß uns fÿr ymmer zusammenseyn! ⊗

To cum or not to cum,
That is the question.
Whether it is nobler in the mind
To fuck or blow—I don't know. ⊗

Tu sei bellissima
Et genialissima
Et attractivissima
Puella del mondo,
Dell'universo,
Del contro-universo
Et cetera et cetera.

Tu sei bell(in)issima
Ragazza di tutto il mondo,
Di tutto l'universo,
Del contro-universo
E della creazione
Divino-umana.
Tu sei anche
La optima et benissima
Violoncellista
Di tutto il mondo
Musicale musicalissima.

Tu sei bellinissima! ⊗

Poëma dell'addio

Qui scis in fine amoris versare,
Sic est amaro amare amore,
Sed numquam hic et nunc desperare,
Si leftus sine puella, dolore
Tuo suppressus, novam expectare
Spem, spemem, exstatus spemore.
Heu, heu, non misericordiam vocare,
Sed novam novo flammam accende vigore! ⊗

A Valedictory Sonnet

Like as a quenched flame by inspiration
Is set ablaze, I burned, when seeing thee;
I pined for thee with gloomy suspiration,
So that reflection nearly abandoned me.

A new and fertile flame incent my heart
And subtly trembled down the frozen limbs;
Again I suffered from a mortal dart,
And thus my soul with doleful moaning brims.

For I suspired in vain—a sombre doom
Would not allow to enjoy our common lair;
How did I fear reality should loom
And tearfully destroy my vision fair.

I must resign; within my inmost dole
I cry, and this effects a clearer soul. ⊗

Was für ein schöner morgen!
Schau,
Die sonne scheint so lau,
Lau-
Sch, die nachtigall trällert
Ihr liedchen:
Oh busen der natur,
Ich bin so gern in dir,
Wenn du,
Prall gefüllt,
Mir von deiner milch spendest.
Leider muß ich
Als milchallergiker
Dann kotzen. ⊗

Il mio dolor reciproco
Non è purtroppo a lei,
Perchè il suo pian di vivere
Co' desiderî miei
Non corrisponde. – L'anima
Anch'io così l'avrei!
Così, così insensibile
Anch'io che sia, vorrei! ⊗

Un bel dì ci rivedremo?
Una volta ci uniremo?
No, quel dì giammai verrà!
Quella volta mai sarà!
Perchè il fato a noi serbato
Ha una sorte più crudel.
Ma tal è giustificato,
Chè non stii tu a me fedel! ⊗⊗

II.

Dido

Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni,
Dives opum, felix Karthago, asperrima belli;
Condidit hanc Dido regina ac dirigit urbem.
Qualis apes Hyblaea suis bona perstrepit alis
Pascua et in variis desudat floribus, ingens
Fervet opus: fervet populi pars ducere muros
Molirique arcem et manibus subvolvere saxa,
Pars optare locum tecto et concludere sulco.
Iura magistratusque legunt sanctumque senatum;
Hic portus alii effodiunt; hic apta theatris
Fundamenta locant alii immanesque columnas
Rupibus excidunt, scaenis decora alta futuris.
Interea Aeneas Medium Mare classe tenebat:
Late e conspectu Siculae telluris in altum
Vela dabant profugi et spumas salis aere ruebant.
Ut pelagus secuere rates, nec iam amplius ulla
Apparet tellus, maria undique et undique caelum,
Illi caeruleus supra caput astitit imber
Noctem hiememque ferens et inhorruit unda tenebris.
Cuncti continuo venti velut agmine facto,
Qua data porta, fremunt et terras turbine perflant.
Incubuere mari totumque a sedibus imis
Una Eurusque Notusque ruunt creberque procellis
Africus et vastos volvunt ad litora fluctus:
Insequitur clamorque virum stridorque rudentum.
Eripiunt subito nubes caelumque diemque
Teucrorum ex oculis; ponto nox incubat atra.
Intonuere poli et crebris micat ignibus aether,
Praesentemque viris intentant omnia mortem.

Extemplo Aeneae solvuntur frigore membra:
Ingemit et duplices tendens ad sidera palmas
Talia voce refert: «O terque quaterque beati,
Quis ante ora patrum Troiae sub moenibus altis
Contigit oppetere! O Danaum fortissime gentis
Tydide! Mene Iliacis occumbere campis
Non potuisse tuaque animam hanc effundere dextra,
Saevus ubi Aeacidae telo iacet Hector, ubi ingens
Sarpedon, ubi tot Simois correpta sub undis
Scuta virum galeasque et fortia corpora volvit?»
Talia iactanti stridens Aquilone procella
Velum adversa ferit fluctusque ad sidera tollit.
Franguntur remi, tum prora avertit et undis
Dat latus, insequitur cumulo praeruptus aquae mons.
Hi summo in fluctu pendent, his unda dehiscens
Terram inter fluctus aperit, furit aestus harenis.
Tres Notus abreptas in saxa latentia torquet
(Dorsum immane mari summo), tres Eurus ab alto
In brevia et Syrtes urget – miserabile visu –
Illiditque vadis atque aggere cingit harenae.
Unam, quae Lycios fidumque vehebat Oronten,
Ipsius ante oculos ingens a vertice pontus
In puppim ferit: excutitur pronusque magister
Volvitur in caput; ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum et rapidus vorat aequore vertex.
Apparent rari nantes in gurgite vasto,
Arma virum tabulaeque et Troïa gaza per undas.
Iam validam Ilionei navem, iam fortis Achatae,
Et qua vectus Abas et qua grandaevus Aletes,
Vicit hiems: laxis laterum compagibus omnes

Accipiunt inimicum imbrem rimisque fatiscunt.
Interea magno misceri murmure pontum
Emissamque hiemem sensit Neptunus et imis
Stagna refusa vadis graviter commotus et alto
Prospiciens summa placidum caput extulit unda.
Disiectam Aeneae toto videt aequore classem,
Fluctibus oppressos Troas caelique ruina.
Auxilio veniens subito tumida aequora placat
Collectasque fugat nubes solemque reducit.
Cymothoë simul et Triton annixus acuto
Detrudunt naves scopulo; levat ipse tridenti
Et vastas aperit syrtes et temperat aequor
Atque rotis summas levibus perlabitur undas.
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, aequora postquam
Prospiciens genitor caeloque invectus aperto
Flectit equos curruque volans dat lora secundo.
Defessi Aeneadae, quae proxima litora, cursu
Contendunt petere et Libyae vertuntur ad oras.
Est in secessu longo locus: insula portum
Efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur inque sinus scindit sese unda reductos.
Hinc atque hinc vastae rupes geminique minantur
In caelum scopuli, quorum sub vertice late
Aequora tuta silent; tum silvis scaena coruscis
Desuper horrentique atrum nemus imminet umbra.
Fronte sub adversa scopulis pendentibus antrum;
Intus aquae dulces vivoque sedilia saxo,
Nympharum domus: hic fessas non vincula naves
Ulla tenent, unco non alligat ancora morsu.
Huc septem Aeneas collectis navibus omni

Ex numero subit, ac magno telluris amore
Egressi optata potiuntur Troes harena
Et sale tabentes artus in litore ponunt.
Ac primum silici scintillam excudit Achates
Suscepitque ignem foliis atque arida circum
Nutrimenta dedit rapuitque in fomite flammam.
Tum Cererem corruptam undis Cerealiaque arma
Expediunt fessi rerum frugesque receptas
Et torrere parant flammis et frangere saxo.
Aeneas scopulum interea conscendit et omnem
Prospectum late pelago petit, Anthea si qua
Iactatum vento videat Phrygiasque biremes
Aut Capyn aut celsis in puppibus arma Caïci.
Attonitus tanto miserarum turbine rerum
«Iuppiter o!» dicit «si te non falsa precamur,
Nec te, magne pater, nostri pudet esse patronum,
Aut fer opem nobis aut nos quoque conde sepulcro!»
Ille notam fulgore facit tonitruque secundo:
Navem in conspectu nullam, sed litore cervos
Prospicit errantes; hos tota armenta sequuntur
A tergo, et longum per valles pascitur agmen.
Constitit hic arcumque manu celeresque sagittas
Corripuit, fidus quae tela gerebat Achates,
Ductoresque ipsos primum capita alta ferentes
Cornibus arboreis sternit, tum vulgus et omnem
Miscet agens telis nemora inter frondea turbam;
Nec prius absistit, quam septem ingentia victor
Corpora fundat humi et numerum cum navibus aequet.
Hinc portum petit et socios partitur in omnes;
Vina, amplis quae rite cadis oneraverat, heros

Dividit et dictis maerentia pectora mulcet:
«O socii – neque enim ignari sumus ante malorum –
O passi graviora, dabit deus his quoque finem.
Vos et Scyllaeam rabiem penitusque sonantes
Accestis scopulos vos et Cyclopea saxa
Experti: revocate animos maestumque timorem
Mittite; forsan et haec olim meminisse iuvabit.
Durate et vosmet rebus servate secundis!»
Talia voce refert curisque ingentibus aeger
Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.
Illi se praedae accingunt dapibusque futuris:
Tergora deripiunt costis et viscera nudant;
Pars in frusta secant verubusque trementia figunt;
Litore aëna locant alii flammasque ministrant.
Tum victu revocant vires fusique per herbam
Implentur veteris Bacchi pinguisque ferinae.
Postquam exempta fames epulis mensaeque remotae,
Amissos longo socios sermone requirunt
Spemque metumque inter dubii, seu vivere credant
Sive extrema pati nec iam exaudire vocatos.
Praecipue pius Aeneas nunc acris Oronti,
Nunc Amyci casum gemit et crudelia secum
Fata Lyci fortemque Gyan fortemque Cloanthum;
Maius opus dehinc magnanimo sub pectore volvens
Gratos caespitibus superum mandabat honores.
Viscera diripuit flammisque arisque remittens
Et vina effudit pateris et dona Lyaei;
Tura ignes adolent, onerata altaria fumant.
Ingenti et clara Aeneas supereminet omnes
Virtute excellens, pro vitae numina dono

Exorat summisque Iovem cum laudibus effert.
Et iam finis erat, cum Iuppiter aethere summo
Dispiciens mare velivolum terrasque iacentes
Litoraque et latos populos sic vertice caeli
Constitit et Libyae defixit lumina regnis.
Atque illum tales iactantem pectore curas
Tristior et lacrimis oculos suffusa nitentes
Alloquitur Venus: «O qui res hominumque deumque
Aeternis regis imperiis et fulmine terres,
Quid meus Aeneas in te committere tantum,
Quid Troes potuere, quibus tot funera passis –
Cuius ob iram? – omnis terrarum clauditur orbis?
Hoc equidem occasum Troiae tristesque ruinas
Solabar fatis contraria fata rependens;
Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos
Insequitur. Quem das finem, rex magne, laborum?
Nos, tua progenies, caeli quibus annuis arcem,
Navibus – infandum – amissis, heu! cuius ob iram
Prodimur ac totis longe disiungimur oris?
Hic pietatis honos? Sic nos in sceptra reponis?»
Illi subridens hominum sator atque deorum
Vultu, quo caelum tempestatesque serenat,
Oscula libavit natae, tum talia fatur:
«Parce metu: immensa est finemque potentia caeli
Non habet, et quidquid superi voluere, peractum est.
Crede mihi, Cytherea, manent immota tuorum
Fata tibi! Cernisne urbem Karthaginis altam
Didonemque bonam reginam? Filius illam
Uxorem ducet regnumque perenne tenebit.
Sublimemque suo tolles ad sidera caeli

Tempore magnanimum Aenean; sententia perstat!
Et puer Ascanius, cui nunc cognomen Ïulo
Additur (Ilus erat, dum res stetit Ilia regno),
Officium explebit regnumque ab sede paterna
Transferet: Italiam multa vi muniet olim.
Huic ego nec metas rerum nec tempora ponam,
Imperium sine fine dabo, sine fine manebit.
Sic placitum!» Dedit amplexus atque oscula natae
Fixit et inde satum Maia demisit ab alto,
Ut terra utque nova Karthaginis arce pateret
Hospitium Teucris, ne fati nescia Dido
Finibus arceret: volat ille per aëra magnum
Remigio alarum ac Libyae citus astitit oris.
Et iam iussa facit, ponuntque ferocia Poeni
Corda volente deo; in primis regina quietum
Accipit in Teucros animum mentemque benignam.
At pius Aeneas per noctem plurima volvens,
Ut primum lux alma data est, exire locosque
Explorare novos, quas vento accesserit oras,
Quaerere constituit sociisque exacta referre.
Classem in convexo nemorum sub rupe cavata
Arboribus clausam circum atque horrentibus umbris
Occulit; ipse uno graditur comitatus Achate.
Corripuere viam interea, qua semita monstrat;
Iamque ascendebant collem, qui plurimus urbi
Imminet adversasque aspectat desuper arces.
Miratur molem Aeneas, magalia quondam,
Miratur portas strepitumque et strata viarum.
«O fortunati, quorum iam moenia surgunt!»
Aeneas ait et fastigia suspicit urbis;

Cum comite in turbam se infert neque cernitur ulli.
Lucus in urbe fuit media, laetissimus umbra,
Quo primum iactati undis et turbine Poeni
Effodere loco signum, quod regia Iuno
Monstrarat, caput acris equi; sic nam fore bello
Egregiam et facilem victu per saecula gentem.
Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat, donis opulentum et numine divae,
Aerea cui gradibus surgebant limina nexaeque
Aere trabes, foribus cardo stridebat aënis.
Hoc primum in luco nova res oblata timorem
Leniit, hic primum Aeneas sperare salutem
Ausus et afflictis melius confidere rebus.
Namque sub ingenti lustrat dum singula templo
Cum fido socio, dum, quae fortuna sit urbi,
Artificumque manus navas operumque laborem
Miratur, videt Iliacas ex ordine pugnas
Bellaque iam fama totum vulgata per orbem,
Atridas Priamumque et saevum ambobus Achillem.
Constitit et lacrimans «Quis iam locus,» inquit «Achate,
Quae regio in terris nostri non plena laboris?
En Priamus! Sunt hic etiam sua praemia laudi,
Sunt lacrimae rerum et mentem mortalia tangunt.
Solve metus; feret haec aliquam tibi fama salutem.»
Sic ait atque animum picturis pascit amaris
Multa gemens largoque umectat flumine vultum.
Namque videbat, uti bellantes Pergama circum
Hac fugerent Grai, premeret Troiana iuventus,
Hac Phryges, instaret curru cristatus Achilles.
Nec procul hinc Rhesi niveis tentoria velis

Agnoscit lacrimans, primo quae prodita somno
Tydides multa vastabat caede cruentus
Ardentesque avertit equos in castra, priusquam
Pabula gustassent Troiae Xanthumque bibissent.
Parte alia fugiens amissis Troïlus armis
Infelix puer atque impar congressus Achilli
Fertur equis curruque haeret resupinus inani
Lora tenens tamen; huic cervixque comaeque trahuntur
Per terram et versa pulvis inscribitur hasta.
Interea ad templum non aequae Palladis ibant
Crinibus Iliades passis peplumque ferebant
Suppliciter tristes et tusae pectora palmis;
Diva solo fixos oculos aversa tenebat.
Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros
Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.
Tum vero ingentem gemitum dat pectore ab imo,
Ut spolia, ut currus utque ipsum corpus amici
Tendentemque manus Priamum conspexit inermes.
Se quoque principibus permixtum agnovit Achivis
Eoasque acies et nigri Memnonis arma.
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens mediisque in milibus ardet
Aurea subnectens exsertae cingula mammae
Bellatrix audetque viris concurrere virgo.
Haec dum Dardanio Aeneae miranda videntur,
Dum stupet obtutuque haeret defixus in uno,
Dido se media subito tulit obvia silva
Virginis os habitumque gerens et virginis arma
Spartanae vel qualis equos Threïssa fatigat
Harpalyce volucremque fuga praevertitur Hebrum.

Namque umeris de more habilem suspenderat arcum
Venatrix dederatque comam diffundere ventis
Nuda genu nodoque sinus collecta fluentes.
Illius aspectu cedat seu proximus instet,
Anxius ut iuvenis dubium stupet, inscius ipsi.
Altius acceptae quam mira potentia flammae
Fortiter incendit! Vacuus manet omine sensus.
Incipit effari mediaque in voce resistit;
Tum tandem Aeneas dictis ita turbidus infit:
«O quam te memorem, virgo? Namque haud tibi vultus
Mortales, haud os hominem indicat: o, dea certe!
An Phoebi soror an nympharum sanguinis una?
Sis felix nostrumque leves, quaecumque, laborem
Et, quo sub caelo tandem, quibus orbis in oris
Iactemur, doceas. Ignari hominumque locorumque
Erramus vento huc vastis et fluctibus acti:
Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.»
Subridens illi pulcherrima dixit Elissa:
«Principibus Tyrium mos est gestare pharetram
Purpureoque alte suras vincire cothurno.
Iugera Poena vides, Tyrios, Karthaginis urbem;
Illa ego sum Dido, regni regina recentis.
Mi coniunx Sychaeus erat ditissimus agri
Phoenicum et magno miserae dilectus amore;
Me pater intactam dederat primisque iugarat
Ominibus. Sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes.
Quos inter medios venit furor: ille Sychaeum
Impius ante aras atque auri caecus amore
Clam ferro incautum superat securus amorum

Germanae factumque diu celavit et aegram
Multa malus simulans vana spe lusit amantem.
Ipsa sed in somnis inhumati venit imago
Coniugis ora modis attollens pallida miris;
Crudeles aras traiectaque pectora ferro
Nudavit caecumque domus scelus omne retexit.
Tum celerare fugam patriaque excedere suadet
Auxiliumque viae veteres tellure recludit
Thesauros, ignotum argenti pondus et auri.
His commota fugam celerem sociosque parabam;
Conveniunt, quibus aut odium crudele tyranni
Aut metus acer erat; naves, quae forte paratae,
Corripiunt onerantque auro; portantur avari
Pygmalionis opes pelago: dux femina facti.
Venimus in portus, ubi nunc ingentia cernis
Moenia surgentemque novae Karthaginis arcem,
Mercatique solum, facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circumdare tergo.
Sed vos qui tandem quibus aut venistis ab oris
Quove tenetis iter?» Quaerenti talibus ille
Suspirans imoque trahens a pectore vocem:
«Nos Troia antiqua, si vestras forte per aures
Troiae nomen iit, diversa per aequora vectos
Forte sua Libycis tempestas appulit oris.
Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste penates
Classe veho mecum, fama super aethera notus.
Bis denis Phrygium conscendi navibus aequor
Matre dea monstrante viam data fata secutus;
Vix septem convulsae undis Euroque supersunt.
Nunc ignotus egens Libyae deserta peragro.

O regina, novam cui condere Iuppiter urbem
Iustitiaque dedit gentes frenare superbas,
Temet nos miseri, ventis maria omnia vecti,
Oramus, prohibe infandos a navibus ignes,
Parce pio generi et propius res aspice nostras;
Quassatam ventis liceat subducere classem.
Non nos aut ferro Libycos populare penates
Venimus aut raptas ad litora vertere praedas;
Non ea vis animo nec tanta superbia victis.»
Tum breviter Dido vultum demissa profatur:
«Quisquis es, haud, credo, invisus caelestibus auras
Vitales carpis, Tyriam qui adveneris urbem.
Quis genus Aeneadum et Troiam quis nesciat altam
Virtutesque virosque aut tanti incendia belli?
Non obtusa adeo gestamus pectora Poeni,
Nec tam aversus equos Tyriis Sol iungit ab oris.
Namque tibi reduces socios classemque relatam
Nuntio et in tutum versis aquilonibus actam.
Solvite corde metum, Teucri, secludite curas!
Auxilio veniam vobis miserisque medebor:
Quare agite, Aenea, salvi concedite mecum,
Pergite et, o clari, mea nunc ad regna venite!»
Dixit et in templum forma pulcherrima Dido
Incessit magna populi veniente caterva.
Illam omnis tectis et agris effusa iuventus
Turbaque miratur matrum et prospectat euntem
Attonitis inhians animis, ut regius ostro
Velet honos leves umeros, ut fibula crinem
Auro internectat, capite ut gerat ipsa tiaram
Atque immortalem fixo diademate laurum.

Qualis in Eurotae ripis aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros, quam mille secutae
Hinc atque hinc glomerantur Oreades; illa pharetram
Fert umero gradiensque deas supereminet omnes:
Talis erat Dido, talem se laeta ferebat
Per medios instans operi regnisque serenis.
Aeneae tacitum pertemptant gaudia pectus,
Cum foribus divae media testudine templi
Saepta armis solioque alte subnixa resedit
Gemmiferaque manu sceptrum regale tenebat:
Iura dabat legesque viris operumque laborem
Partibus aequabat iustis aut sorte trahebat.
Dixerat, et nymphe ritu succincta Dianae,
Una ministrarum, fusis utrimque capillis,
Incessit cultoque tulit praedivitis aulae
Altari pateras, felicia dona, peramplas:
Naides has pomis et odoro flore repletas
Sacrarunt, sospesque suo Bona Copia cornu est.
Tum subito Aeneas concursu accedere magno
Anthea Sergestumque videt fortemque Cloanthum
Teucrorumque alios, ater quos aequore turbo
Dispulerat penitusque alias avexerat oras.
Obstupuit simul ipse, simul perculsus Achates
Laetitiaque metuque; parant coniungere dextras.
Restitit Aeneas largaque in luce refulsit
Os umerosque deo similis; namque ipsa decoram
Caesariem nato genetrix lumenque iuventae
Purpureum et laetos oculis afflarat honores:
Quale manus addunt ebori decus aut ubi flavo
Argentum Pariusve lapis circumdatur auro.

Nunc iterum alloquitur reginam Troïus heros
Ut rex ipse suis, ut dux pastorque virorum:
«O sola infandos Troiae miserata labores,
Quae nos reliquias Danaum terraeque marisque
Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos
Urbe, domo socias, grates persolvere dignas
Non opis est nostrae, Dido, nec quicquid ubique est
Gentis Dardaniae, magnum quae sparsa per orbem.
Accipe daque fidem: sunt nobis fortia factis
Pectora, sunt animi et rebus spectata iuventus.
Di tibi, si qua pios respectant numina, si quid
Usquam iustitia est et mens sibi conscia recti,
Praemia digna ferant. Quae te tam laeta tulerunt
Saecula, qui tanti talem genuere parentes!
In freta dum fluvii current, dum montibus umbrae
Lustrabunt convexa, polus dum sidera pascet,
Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.»
Et postquam Phoenissa orantem ex agmine sensit
Dardanium Aenean, vera haud illusit imago;
Namque omnes super excellens atque altior ibat
Et late regalem oculis spargebat honorem
Sidereis. Illa os nitidum frontemque decoram
Iamdudum et totum lustrabat lumine corpus;
Scilicet obstupuit verbis, sic ore locuta est:
«Quis te, nate dea, per tanta pericula casus
Insequitur? Quae vis immanibus applicat oris?
Atque equidem Teucrum memini Sidona venire
Finibus expulsum patriis, nova regna petentem
Auxilio Beli; genitor tum Belus opimam
Vastabat Cyprum et victor dicione tenebat.

Tempore iam ex illo casus mihi cognitus urbis
Troianae nomenque tuum regesque Pelasgi.
Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat
Seque ortum antiqua Teucrorum a stirpe volebat.
Me quoque per multos similis fortuna labores
Iactatam hac demum voluit consistere terra.
Non ignara mali miseris succurrere disco:
Vos certe, Aenea, fortissime Troiugenarum,
Accipio agnoscoque libens opibusque iuvabo.
Vultis et his mecum pariter considere regnis,
Urbem, quam statuo, vestra est, subducite naves;
Tros Tyriusque mihi nullo discrimine habetur.
Ne petite auxilium, sed sumite prorsus, amici,
Vestras nec dubie, quas haec habet urbs, ita vires
Ducite! Communis rerum status iste mearum est –
Gratia, dis, felix et inextricabile foedus.
Robora sint votis mea convenientia vestris!»
Sic memorat; simul Aenean in regia ducit
Tecta, simul divum templis indicit honorem.
Nec minus interea sociis ad litora mittit
Viginti tauros, magnorum horrentia centum
Terga suum, pingues centum cum matribus agnos.
Postquam regales aditus intravit et una
Optimus Aeneas, sequitur quem fidus Achates,
Dehinc Tyrii mixtique Phryges, tum splendida lato
Applausu et celebri completur regia coetu.
Extemplo effusae studio matresque nurusque
Longaevique patres stabant iuvenumque cohortes
Pulchra revisentes Troianae corpora gentis.
Ante omnes magnum Aenean cupidoque notabant

Altum animo genus et praestantem frontis honorem.
Et domus interior pollenti splendida luxu
Instruitur, mediisque parant convivia tectis:
Arte laboratae vestes ostroque superbo,
Ingens argentum mensis caelataque in auro
Fortia facta patrum, series longissima rerum
Per tot ducta viros antiqua ab origine gentis.
Aeneas (neque enim patrius consistere mentem
Passus amor) rapidum ad naves praemittit Achaten,
Ascanio ferat haec ipsumque ad moenia ducat:
Omnis in Ascanio cari stat cura parentis;
Vadat et Andromachae quondam data munera, vestes
Intextas auro gerat et, quod saepe solebat,
Dum res Troianae stabant, circumdare collo,
Auratum gemmis circumsaeptumque monile,
Praeterea magnum cratera, in pignus amoris
Quem Priamus patri Anchisae donaverat olim.
Ferre iubet pallam signis auroque rigentem
Et circumtextum croceo velamen acantho,
Vellera praeterea pulchra argentique corollam
Et citharam auratam plectroque et pectine eburno.
Haec celerans iter ad naves tendebat Achates.
Iamque ibant dicto parentes; dona superbi
Regia portabant Tyriis duce semper Achate.
Cum veniunt, iam se aulaeis regina decoris
Aurea composuit sponda mediamque locavit.
Nunc pater Aeneas et nunc Troiana iuventus
Congreditur stratoque super discumbitur ostro.
Praecipue felix, fato devota futuro,
Expleri mentem nequit ardescitque tuendo

Phoenissa et pariter puero Aeneaque movetur.
Ille ubi complexu Aeneae colloque pependit
Et magnum cari implevit genitoris amorem,
Reginam petit: haec oculis, haec pectore toto
Haeret et interdum gremio fovet; augurat ipsa,
Felici insidat quantus deus; hic memor inde
Matris Acidaliae paulatim abolere Sychaeum
Incipit et vivo temptat praevertere amore
Iam pridem resides animos desuetaque corda.
Perpetuo bibulis Dido spectabat Ïulum
Luminibus vultum admirans moresque decentes
Et graviter puerili ex ore cadentia verba
Maturumque animum ante annos et multa rogabat
Permixtas referens voces; dehinc oscula figens
Dulcia complexum manibus iunctumque fovebat
Et nimium exsultans felicem et munere divum
Donatum Aenean pro tali prole ferebat.
Postquam prima quies epulis mensaeque remotae,
Crateras magnos statuunt et vina coronant.
Fit strepitus tectis, vocemque per ampla volutant
Atria; dependent lychni laquearibus aureis
Incensi et noctem flammis funalia vincunt.
Hic regina gravem gemmis auroque poposcit
Implevitque mero pateram, quam Belus et omnes
A Belo soliti; tum facta silentia tectis:
«Iuppiter, hospitibus nam te dare iura loquuntur,
Hunc laetum Tyriisque diem Troiaque profectis
Esse velis nostrosque huius meminisse minores.
Adsit laetitiae Bacchus dator et bona Iuno;
Et vos, o, coetum, Tyrii, celebrate faventes.»

Dixit et in mensam laticum libavit honorem
Primaque libato summo tenus attigit ore,
Tum Bitiae dedit increpitans; ille impiger hausit
Spumantem pateram et pleno se proluit auro,
Post alii proceres. Cithara crinitus Ïopas
Personat aurata, docuit quem maximus Atlas.
Hic canit errantem lunam solisque labores,
Unde hominum genus et pecudes, unde imber et ignes,
Arcturum pluviasque Hyadas geminosque Triones,
Quid tantum Oceano properent se tingere soles
Hiberni, vel quae tardis mora noctibus obstet;
Ingeminant plausu Tyrii, Troesque sequuntur.
Et sospes vario noctem sermone trahebat
Dido felicemque merumque bibebat amorem
Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa;
Nunc quibus Aurorae venisset filius armis,
Nunc quales Diomedis equi, nunc quantus Achilles.
Annuit Aeneas fortique ita voce locutus:
«Flebile principium melior fortuna secuta est:
Hanc utinam possem tibi gratificare sine illo!
Ordine nunc repetam neu longa ambage morer vos:
Ossa cinisque iacent, memori quos mente requiris;
Et quota pars rerum misere periere mearum!»
Sic pater heroos intento corde labores
Fataque narrabat divum cursusque docebat.
Haec ubi dicta, dapes iubet et sublata reponi
Pocula gemmatoque viros locat ipsa sedili
Praecipuumque toro et villosi pelle leonis
Accipit Aenean solioque invitat eburno.
Nunc plausus per tecta movent, et turba deorum

In medium affertur summis cum vocibus altos
Perlata ad caelos: ante omnes gratior unus
Aeneas duplices mittebat ad aethera palmas
Et puerum pauca ore dabat complexus Ïulum:
«Nate, in quo spes una patris, per tanta dolorum
Quem variis actus bellis discrimina duxi,
Ecce inventa quies, ecce illa extrema malorum
Aerumnis factura modum acceptissima semper
Atque optata dies, tibi quam meminisse futuram
Iam memini dis auspicibus in fata vocatus.»
Dehinc sese ad gentem duplicem volvebat amico
Continuans vultu et placida sic voce locutus:
«O socii, per dura ac densa pericula vecti,
Per tantos bellorum aestus tantosque furores
Armorum, per totque hiemes, per quicquid acerbum,
Horrendum, grave, triste, ingens, per quicquid iniquum,
Infaustum et crudele foret, convertite mentem
In melius: iam finis adest: hic meta malorum
Stabit, et optatam Tyria cum gente quietem
Iungemus: terras et caelum et sidera testor,
Qui vos tantorum eripui de clade malorum,
Idem ego sub maiora potens vos praemia ducam.
Hospitibus vobis, Tyrii, tibique, optima Dido,
Laudes et grates dignae peragentur in aevum!
Immo ita sit, iamiam crescat bona civibus, opto,
Urbs;» ait «adveniens equidem modo gaudia cepi!»
Et plausus omnes iterum per tecta movebant.
Tum lecti iuvenes certatim escaeque magistri
Viscera tosta parant taurorum onerantque canistris
Praemia largificae Cereris Bacchumque ministrant:

Instaurant epulas et mensae grata secundae
Dona ferunt cumulantque onerata prandia lance.
Vescitur Aeneas simul et Troiana iuventus
Perpetui tergo bovis et fumantibus extis.
Dat manibus crystallus aquas, et rite ministri
Innumeri magno distinguunt ordine curas:
Pars dapibus reficit mensas, pars pocula miscet
Craterasque replet, nunc hac, nunc volvitur illac
Turba frequens varios miscetque per atria motus.
Postquam exempta fames et amor compressus edendi,
Conticuere omnes factoque hic fine quierunt.
Lux subit, et primo feriente cacumina sole
Discedunt proceres: laetantur et exhilarantur.
At Phoenissa gravi iamdudum saucia flamma
Corpore alit toto veneres et carpitur igne.
Et luctata diu, postquam ratione furorem
Vincere non poterat, frustra regina repugnat:
«Nescio quis deus obstat,» ait «mirumque, quid hoc est,
Aut aliquid certe simile huic, quod amare vocatur.
Excute femineo conceptas pectore flammas,
Si potes, infelix! Si possem, sanior essem!
Sed trahit invitam nova vis, aliudque cupido,
Mens aliud suadet: video meliora proboque,
Deteriora sequor. Quid in hospite, regia Dido,
Ureris et thalamos alieni concipis orbis?
Haec quoque terra potest, quod ames, dare. Conspice, quantum
Aggrediare nefas, et, dum licet, effuge crimen!
At genus, at virtus certe mea pectora movit,
Quantaque nobilitas animo est et gratia formae!
Quid renuis, quid tuta times? Accingere et omnem

Pelle moram: tibi se semper debebit amicus.» ג׳³
Multa viri virtus animo multusque recursat
Gentis honos: haerent infixi pectore vultus
Verbaque, nec placidum membris dat cura soporem.
Spes tamen obscenas animo demittere non est
Ausa suo vigilans. Tacita resoluta quiete
Saepe videt, quod amat; visa est quoque iungere amato
Corpus et erubuit, quamvis sopita iacebat.
Somnus abit: silet illa diu repetitque quietis
Ipsa suae speciem dubiaque ita mente profatur:
«Me miseram! Rabidae quid vult sibi noctis imago?
Quamque velim rata sit! Cur haec ego somnia vidi?
Pro Venus et tenera volucer cum matre Cupido,
Gaudia quanta tuli! Quam me manifesta libido
Contigit! Ut iacui totis resoluta medullis!
Ut meminisse iuvat! Quamvis brevis illa voluptas
Noxque fuit praeceps et coeptis invida nostris.
Quid mihi significant ergo mea visa? Quod autem
Somnia pondus habent? An habent et somnia pondus?»
Postera Phoebea lustrabat lampade terras
Umentemque Aurora polo dimoverat umbram,
Cum sic unanimam alloquitur male sana sororem:
«Anna soror, quae me suspensam insomnia vexant!
Quis novus hic nostris successit sedibus hospes,
Quem sese ore ferens, quam forti pectore et armis!
Credo equidem – nec vana fides – genus esse deorum.
Degeneres animos timor arguit: heu, quibus ille
Iactatus fatis! Quae bella exhausta ferebat!
Si mihi non animo fixum immotumque sederet,
Ne cui me vinclo vellem sociare iugali,

Postquam primus amor deceptam morte fefellit,
Si non pertaesum thalami taedaeque fuisset –
Huic uni certe potero succumbere amori.
Anna, fatebor enim, miseri post fata Sychaei
Coniugis et sparsos fraterna caede penates
Solus hic inflexit sensus animumque labantem
Impulit: agnosco veteris vestigia flammae!»
Sic effata sinum lacrimis implevit obortis.
Anna refert: «O luce magis dilecta sorori,
Solane perpetua maerens carpere iuventa
Nec dulces natos Veneris nec praemia noris?
Id cinerem aut manes credis curare sepultos?
Esto! Aegram nulli quondam flexere mariti,
Non Libyae, non ante Tyro: nec dulcis Ïarbas
Ductoresque alii, quos Africa terra triumphis
Dives alit – placitone etiam pugnabis amori?
Nec venit in mentem, quorum consederis arvis?
Hinc Gaetulae urbes, genus insuperabile bello,
Et Numidae infreni cingunt et inhospita Syrtis.
Dis equidem auspicibus reor et Iunone secunda
Hunc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.
Quam tu urbem, soror, hanc cernes, quae surgere regna
Coniugio tali! Teucrum comitantibus armis
Punica se quantis attollet gloria rebus!
Tu modo posce deos veniam sacrisque litatis
Indulge hospitio causasque innecte manendi!»
His dictis incensum animum inflammavit amore
Spemque dedit dubiae menti solvitque pudorem.
Principio delubra adeunt pacemque per aras
Exquirunt; mactant lectas de more bidentes

Legiferae Cereri Phoeboque patrique Lyaeo,
Iunoni ante omnes, cui vincla iugalia curae.
Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido
Candentis vaccae media inter cornua fundit
Aut ante ora deum sanctas spatiatur ad aulas
Instauratque diem donis pecudumque reclusa
Pectora perscrutans divinitus immolat exta.
Uritur assidue Dido totaque vagatur
Urbe et amans amens silvas saltusque peragrat.
Nunc media Aenean secum per moenia ducit
Sidoniasque ostentat opes urbemque paratam;
Incipit effari mediaque in voce resistit.
Nunc eadem labente die convivia quaerit
Iliacosque iterum vecors audire labores
Exposcit pendetque iterum narrantis ab ore.
Post ubi digressi, lumenque obscura vicissim
Luna premit, suadentque cadentia sidera somnos,
Sola domo maeret vacua stratisque relictis
Incubat: illum absens absentem auditque videtque;
Aut gremio Ascanium genitoris imagine capta
Detinet, immensum si fallere possit amorem.
Erubuere genae, totoque excanduit ore,
Utque solet ventis alimenta assumere, quaeque
Magna sub inducta viguit scintilla favilla,
Crescere et in nimias agitata insurgere vires,
Ardet egens Dido traxitque per ossa furorem:
«Communem hunc» secum «populum paribusque regamus
Auspiciis; liceat Phrygio nupsisse marito
Dotalesque suae Tyrios permittere dextrae!
Carum ego cum rebus, quas totus possidet orbis,

Aenean mutasse velim, quo coniuge felix
Tum dis grata ferar, tum vertice sidera tangam.
Ergo ego, quae fueram non reiectura petentem,
Ipsa petam? Poterisne loqui? Poterisne fateri?
Coget amor, potero; vel, si pudor ora tenebit,
Littera celatos arcana fatebitur ignes.»
Hoc placet, haec dubiam vicit sententia mentem;
In latus erigitur cubitoque innixa sinistro
«Ei mihi! Quo labor? Quem mens mea concipit ignem? 683 ϡ³
Viderit: immensos» inquit «fateamur amores!» 682 ϡ³
Et meditata manu componit verba trementi:
Dextra tenet ferrum, vacuam tenet altera ceram.
Incipit et dubitat; scribit damnatque tabellas;
Et notat et delet; mutat culpatque probatque
Inque vicem sumptas ponit positasque resumit.
Quid velit, ignorat; quidquid factura videtur,
Displicet; in vultu est audacia mixta pudori.
Denique correctis incidit talia ceris:
«Quam, nisi tu dederis, non est habitura salutem,
Hanc tibi mittit amans; pudet, ah, pudet edere nomen.
Et si, quid cupiam, quaeris, sine nomine vellem
Posset agi mea causa meo nec cognita Dido
Ante forem, quam spes votorum certa fuisset.
Esse quidem laesi poterat tibi pectoris index
Et color et macies et vultus et umida saepe
Lumina nec causa suspiria mota patenti
Et crebri amplexus et quae, si forte notasti,
Oscula sentiri non esse innoxia possent:
Ipsa tamen, quamvis animi grave vulnus habebam,
Quamvis intus erat furor igneus, omnia feci

(Sunt mihi di testes), ut tandem sanior essem,
Pugnavique diu violenta Cupidinis arma
Effugere infelix et plus, quam ferre salacem
Posse putes, ego dura tuli. Superata fateri
Cogor opemque tuam timidis exposcere votis:
Tu servare potes, tu perdere solus amantem.
Elige, utrum facias; non hoc inimica precatur,
Sed quae, cum tibi sit iunctissima, iunctior esse
Expetit et vinclo tecum propiore ligari.
Est mihi libertas tecum secreta loquendi:
Demus et amplexus iungamus et oscula coram!
Quantum est, quod desit? Miserere fatentis amorem
Et non fassurae, nisi cogeret ultimus ardor,
Neve merere meo subscribi causa sepulcro!»
Protinus impressa signat suspiria gemma,
Quam tinxit lacrimis (linguam defecerat umor),
Deque suis unam famulis regina vocavit
His: «Anchisiadae fer eas festina tabellas!»
Vixque tenens lacrimas «Quis me manet exitus?» inquit ϡ³
«Vellem nulla forem, quam prodigiosa gravisque
Cura tenet Veneris! Si di mihi parcere vellent,
Parcere debuerant; si non, et perdere vellent,
Naturale malum saltem et de more dedissent!» ϡ³
Venatum Aeneas, una pulcherrima Dido
In nemus ire parant, ubi primos crastinus ortus
Extulerit Titan radiisque retexerit orbem.
Oceanum interea surgens Aurora reliquit:
It portis iubare exorto delecta iuventus;
Retia rara, plagae, lato venabula ferro,
Massylique ruunt equites et odora canum vis.

Reginam fuco decorandam ad limina primi
Poenorum exspectant, ostroque insignis et auro
Stat sonipes ac frena ferox spumantia mandit.
Tandem progreditur magna stipante caterva
Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo;
Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum,
Aurea purpuream subnectit fibula vestem.
Nec non et Phrygii comites et navus Ïulus
Incedunt. Ipse ante alios pulcherrimus omnes
Infert se socium Aeneas atque agmina iungit.
Qualis ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta
Deserit ac Delum maternam invisit Apollo
Instauratque choros, mixtique altaria circum
Et Cretes Dryopesque fremunt pictique Agathyrsi;
Ipse iugis Cynthi graditur mollique fluentem
Fronde premit crinem fingens atque implicat auro,
Tela sonant umeris: haud illo segnior ibat
Aeneas, tantum egregio decus enitet ore.
Primum altos ventum in montes atque invia lustra:
Ecce ferae saxi deiectae vertice caprae
Decurrere iugis; alia de parte patentes
Transmittunt cursu campos atque agmina cervi
Pulverulenta fuga glomerant montesque relinquunt.
Silva vetus stabat nulla violata securi,
Alta, frequens trabibus, quibus omne pepercerat aevum;
Incipit a saltu devexaque prospicit arva.
Quo postquam venere viri, pars retia tendunt,
Vincula pars adimunt canibus, pars pressa sequuntur
Signa pedum cupiuntque suas acquirere laudes.
At puer Ascanius mediis in vallibus acri

Gaudet equo iamque hos cursu, iam praeterit illos
Spumantemque dari pecora inter inertia votis
Optat aprum aut fulvum descendere monte leonem.
Concava vallis erat, quo se demittere rivi
Assuerant pluvialis aquae: tenet ima lacunae
Lenta salix ulvaeque leves iuncique palustres
Viminaque et longa parvae sub harundine cannae;
Vasta palus haec est densisque obsessa salictis.
Inde furore gravis strepitus loca proxima terret:
Belua grandis, aper, dumis umentibus exit
Oblitus et mucis et crasso sanguine rictus
Rubraque fulminea suffusus tempora flamma;
Qui quamquam saevit pariter rabieque fameque,
Acrior est rabie neque enim ieiunia curat
Caede boum diramque famem finire, sed omne
Vulnerat armentum sternitque hostiliter hostes.
Fecerat exiguas iam sol altissimus umbras:
Tunc aper excitus subito violentus Ïulum
Urget ut excussis elisi nubibus ignes.
Fulgurei fulgent oculi, riget ardua cervix,
Stantque velut vallum, velut alta hastilia saetae.
Fervida cum rauco latos stridore per armos
Spuma fluit, dentes aequantur dentibus Indis;
Pestis ab ore venit, frondes afflatibus arent.
Continuo gravidas segetes proculcat et herbas
Sternit et incursu nemus, ac propulsa fragorem
Silva dat: exclamat iuvenis praetentaque forti
Tela tenet dextra lato vibrantia ferro.
Ille ruit spargitque canes, ut quisque furenti
Obstat, et obliquo latrantes dissipat ictu.

At manus Ascanii variat, missisque duabus
Hasta prior terra, medio stetit altera tergo.
Ira feri mota est, nec fulmine lenius arsit:
Emicat ex oculis, spirat quoque pectore flamma,
Utque volat moles adducto concita nervo,
Cum petit aut muros aut plenas milite turres,
Aggreditur iuvenem vano impete vulnificus sus.
Nec mora, dum saevit, dum corpora versat in orbem
Stridentemque novo spumam cum sanguine fundit,
Vulneris auctor adest summamque irritat ad iram
Splendidaque adversos venabula condit in armos:
Iamque venenifero sanguis manare palato
Coeperat et virides aspergine tinxerat herbas.
Gaudia testantur venientes eminus omnes
Qui mirabantur socii clamore secundo
Victricemque petunt dextrae coniungere dextram
Immanemque ferum multa tellure iacentem
Solliciti spectant neque adhuc contingere tutum
Esse putant, sed tela tamen sua quisque cruentat.
Ipse pede imposito caput exitiabile pressit
Atque ita «sume mei spolium, pater optime, iuris,»
Dixit «et in partem veniat mea gloria tecum.»
Protinus exuvias rigidis horrentia saetis
Terga dat et curvis insignia dentibus ora;
Illi laetitiae est cum munere muneris auctor,
Laudavere alii, totoque erat agmine plausus.
Tum pater Aeneas spolium commisit Achatae,
Ut propere templis victore dicaret Ïulo.
Interea magno misceri murmure caelum
Incipit, insequitur commixta grandine nimbus;

Et Tyrii proceres passim et Troiana iuventus
Dardaniusque nepos Veneris diversa per agros
Tecta metu petiere; ruunt de montibus amnes:
Diffugiunt comites et nocte teguntur opaca.
Speluncam Dido dux et Troianus eandem
Deveniunt; prima et Tellus et pronuba Iuno
Dant signum: niveis hinc atque hinc nuda lacertis
Cunctantem amplexu molli fovet, ille repente
Accepit solitam flammam suavisque medullas
Intravit cremor et calefacta per ossa cucurrit.
At prior Aeneas votis compellat Elissam:
«Nescis, quanta tuae dederint mihi gaudia cerae;
Respice ad has voces et iam, precor, annue coniunx!
Umquam ego si meriti sim noctis et immemor huius,
Si me sceptra, domum, vinclum liquisse iugale
Senseris ingratum et non haec promissa tuentem,
Tum me non hostes iuvet evasisse fretumque.
Tu, mea lux…» inquit, sensim sub eburnea colla
Immotus cadit; erranti tunc lumine cunctas
Appetit uxoris dotes, fas omne nefasque.
Sublevat affixum mammae dignissima coniunx:
«Formae si tenerae nimia es dulcedine captus,»
Haec sequitur «quae non alimenta ministrat amori
Insignis tua virtus? Quid caelestis origo
Non concessa tibi? Quem maxima turba dearum
Nec dedignetur thalamis, sociare iugali
Me vinclo potuit, felicem terque beatam
Indigetis sociam! At casus felicior esto:
Si qua mihi de te suboles suscepta fuisset,»
Phoenissa «et nostris» suspirat «parvulus aulis

Luderet Aeneas, qui te magis ore referret,
Tunc equidem praegnans omnino grata videbor!»
Talibus inter se blandis contendit uterque.
Increscunt nervi, virescit ab inguine luxus:
Ingemit aeternoque potens devinctus amore
Optatos dedit amplexus placidamque petivit
Reginae infusus gremio per membra quietem.
Extemplo fulsere ignes et conscius aether
Conubiis, summoque ululârunt vertice nymphae.
Mox hymenaeus erit: nec iam meditantur amorem
Furtivum. Quid nunc species vel fabula refert?
Confestim Libyae magnas it fama per urbes
Ac praegaudenti populis sermone canebat
Venisse Aenean Troiano sanguine cretum,
Cui se pulchra viro dignetur iungere Dido.
Annuit unanimis nato Venus, inde profecto
Ipsa suas illis croceo subtegmine vestes
Induit, ipsa suam duplicem Cytherea coronam
Donat et ardentes pulchra cum coniuge gemmas.
Dignus Hymen nato Veneris, namque affuit omnis
Caelicolum coetus praestantum gaudia plena.
Et bonus Ascanius, socii sociaeque fideles,
Anna, Venus, Iuno et sanctas Hymenaeus ad aulas
Astant ac faustas taedas nubentibus urunt;
Turba ruit, mixtaeque viris matresque nurusque
Et vulgus proceresque excelsa ad festa feruntur.
Carmina divino cecinerunt pectore Parcae
(His corpus tremulum complectens undique vestis
Candida purpurea talos incinxerat ora,
At roseo niveae residebant vertice vittae):

«Nunc agite, o iuvenes, tantarum in munere laudum
Cingite fronde comas et pocula porgite dextris
Communesque vocate deos, date vina volentes!»
Tunc sacer implevit dextras scyphus; ocius omnes
Inque aram laeti libant divosque precantur.
Ture sacerdotes sacrant altaria sertisque
Exornant caeduntque albas de more bidentes,
Amplifica amborum bicolor dum populus umbra
Prae templo velat comptum caput exspectantum.
Nec mora, cum plausu plebis lateque sonoro
Cornicinum cantu circum fidibusque canoris
Laurigero comitum spatiantes rite sub arcu
Aeneas Didoque ineunt adytoque precari
Incipiunt, ignes Pollux undasque iugales
Praetulit, et dextrum pariter vertuntur in orbem:
Coniugio iunguntur eo propriique dicantur.
Iuppiter hic risit, tempestatesque serenae
Riserunt omnes risu Iovis omnipotentis.
Decertant subito Pallas, Victoria, Mavors,
Aeneam et sociam ut sertis lauroque coronent.
Assidue applaudunt cuncti et gratantur amici
Consortesque tenent avidisque amplexibus haerent.
Laetitia ludisque viae choreisque fremebant:
Omnibus in plateis matrum chorus, omnibus aulis;
Ante aras terram caesi stravere iuvenci,
Glandivorique sues iugulantur ovesque bidentes
Purpureum effuso pulsantes sanguine fundum.
Ambo sistentes decorato limine templi
Munera suscipiunt populorum aptantque superbis
Postibus inceduntque domum longo ordine pompae.

Devexo interea propior fit Vesper Olympo.
Regia blandifluis ample circumdatur hortis;
Cernitur inde forum latum. Procul exstat ad arcem
Plena creaturis invictis ardua turris:
Dextra parte leo frendens ruit, illius ore
Aethera per nitidum tormenta ignita feruntur.
Laeva parte draco, centum capita oraque centum;
Mille vomit revomitque nitrato pulvere culmos.
Impete sic tanto tubuli tolluntur ad auras,
Vix acie ut possint oculi servare videntum.
Desiliuntque solo, ut glomeratas undique stellas
Praecipitare putes; repetito sulfure vivus
Nunc tubulis crescit splendor, nunc vertitur orbis:
Audeat hos quidam surgentes dicere soles.
Haec spectacula sunt valde pyrotechnica pulchra!
Insistit medium candenti corpore cygnus:
Aëre compresso per mille foramina montes
Sibilat et Bacchi et mellis; iam roscidus imber
Prosilit et duplici per compita fonte recurrit.
Huc iuvat innocuam pubem spectare volando;
Pars dextra exhaustos avido bibit ore liquores,
Pars resupina caput fontem delibat utrumque;
Omnes eximio festum clamore salutant.
Largi mirificis satiantur odoribus ignes
Sertaque dependent tectis et ubique lyraeque
Tibiaque et cantus, animi felicia festi
Argumenta, sonant; reseratis atria valvis
Tota patent, hilari proceres instructa paratu
Reginaeque novique adeunt convivia regis:
Dona ferunt prae se, declarant gaudia vultu.

Consonat assensu populi precibusque faventum
Regia, nec tota tristis locus ullus in urbe est.
Quidam etiam personatus venit oraque Bacchi
Induit et vestes, hederis sua tempora cinctus.
Atque alia incessu simulat comptisque capillis
Et palla instructa divino sanguine natam.
Nobilis his gressus, firmati corporis exit
His habitus, superantque sales et gratia factis.
Et vultu nimium austero et cervice superba
Procedunt alii: occulti post tempora crines,
Strictior his thorax, manicae post tergora passae.
Inde choros agitare novos operaque secunda
Compositos mollesque datur producere motus.
Dido suo inducit choreas pulcherrima sponso:
Mille figuratur, varios se flectit in orbes;
Itque reditque gradum; dextra tum parte sinistra
Dat cursum cursumque movet numerisque modisque;
Seu pede suspenso, librato corpore terras
Seu quatiat, festiva placet praestantia motus;
Tunc plausus fremitusque omnes super aëra mittunt.
Ludentum triplex distinguitur ordo sedendi:
Reginae et regi atque Annae Iuloque dicatur
Circulus interior; succedit proximus illi
Troianum procerumque et quas a sanguine dicunt
Illustres; sese mansoribus ultimus offert.
Candet ebur soliis, collucent pocula mensae,
Tota domus splendet regali fulgida gaza.
Dant manibus famuli lymphas Cereremque canistris
Expediunt tonsisque ferunt mantelia villis.
Quinquaginta intus famulae, quibus ordine longam

Cura penum struere et flammis adolere penates;
Centum aliae totidemque pares aetate ministri,
Qui dapibus mensas onerent et pocula ponant.
Discubuere toris omnes et corpora tosta
Carne replent vinoque levant curasque sitimque.
Nunc illos citharae, nunc illos carmina vocum
Longave multifori delectat tibia buxi,
Nunc noctem sermone trahunt scaenasve tuentur.
Talibus atque aliis inter se tempora degunt
Longa, dehinc fremitus laetaeque per atria voces
Alta volant: strepitu ingenti tectum omne repletur.
Dant lucem flammae et lato splendore coruscant.
Consurgunt iterum cuncti citharasque sequuntur;
Ingentem plausum ingeminant seque agmine toto
Permiscent variantque pedes raptimque feruntur.
Laetitias inter metuendus fulminis ales
Ecce fenestram intrat nimio sudore patentem.
Hic loca circuitu et diversis orbibus actus
Sponsorum impendet capiti pennisque subumbrat.
Augurium Aeneas laeto clamore salutat:
«Accipio, sintque ista, precor, felicia mentis
Signa piae,» dicit «quae dat mihi pignora numen.»
Imponit choreis finem; populoque remisso
Pulvinar vero amborum geniale locatur
Sedibus in mediis, Indo quod dente politum
Tincta tegit roseo conchyli purpura fuco;
Haec vestis priscis hominum variata figuris
Heroum mira virtutes indicat arte.
Hic secreta petit sponsae comitantis; et Anna
Se soror alisequam nec non et fidus Achates

Se socium praebet, famulique sequuntur euntes;
Vestibus exutis comites tot fausta precantur,
Exoptant multam subolem; nec plura, recedunt.
Impatiens Veneris thalamo se immittit uterque.
Coniugis hic miratus eburnum corpus ab igne
Incensusque novo sua vota reduxit ad unum:
Quam satis est mammis Dido regina superbis
Praedita suspiratque sui quot militis actu
Questibus egregio, nimium cui mentula turget.
Illa sub Aenea se exercet corpore in uno:
Deglubit, fellat, molitur per utramque cavernam,
Ne quid inexpertum valde liquefacta relinquat.
Dum futuunt, oculi stellis praeclarius ardent;
Fortius et citius peragunt, atque altius intrat
Penis in umectam vulvam, quam sperma refundit.
Ingemit et toto turbatur corpore Dido;
Saepius irrorari elinguis et effera gestit
Saevaque consortem premit et tremit oscula dantem.
Mollibus hinc stratis dulcem petiere soporem.
Et iam festa novem largo conubia luxu
Attigerant celebrata dies; tum rite novellam
Aeneas urbem curvo signabat aratro
Fundabatque domos et amictas aggere fossas:
Felix sorte sua felices civibus annos
Mens curare fuit formandae et commoda genti.
Ecce autem – fatu mirabile – flamma micare
Ingens ac fulgore levi et se nubibus altis
Miscere e summo reginae vertice visa est.
Obstupuit pius Aeneas duplicesque tetendit
Ad caelum cum voce manus: «Si, Iuppiter, umquam

Gens monitis Troiana tuis terraque marique
Paruit imperiisque libens, si, numina, vestras
Et metui coluique aras, per si quid agendum est,
Quod restat, placidam felici afferte quietem
Augurio et firmate bonumque imponite finem!»
Talia iactantem circumstetit aurea mater
Se Venerem confessa almo et sic edidit ore:
«Nate, animo pone hanc curam et meliora capesse
Signa deum gaudensque bonis succede futuris.
Nunc tibi parta quies, nunc meta extrema laborum,
Nunc tandem optatam componunt saecula pacem.
Nec flammam ad caelos perlatam e vertice carae
Coniugis horresce; at constantem dirige mentem.
Namque erit illa, tuum celebri quae sanguine nomen
Troianosque auctura duces ad sidera mittat;
Quae tibi magnanimos sublimi prole nepotes
Conferet, altisonis qui totum laudibus orbem
Complebunt actisque suis, quos gloria summo
Oceanum transgressa ingens aequabit Olympo;
Quos tandem post innumera atque illustria rerum
Gesta deos factura vehet super aethera virtus.
Hanc flammam ventura tuae praeconia gentis
Designant; hoc Omnipotens e culmine signum
Sidereo dedit ob tantarum munera laudum.
Praeterea sacros Troia ex ardente penates
Ereptos compone nova intra moenia et altos
Infer ad aeternum mansuros tempus honores.
Felices, quos tanta manent! Dehinc pace perenni
Vos ambo gentem Iliacam Tyriamque tenetis.
Cum suprema dies veniet, tum laetus ad altum

Mitteris caelum. Sic stat sententia divum.»
Dixit et inde leves fugiens se vexit in auras.
Aeneas tanto stupefactam numine mentem
Percussus divae peragit mandata parentis.
Inde suos populos aeterna in pace regebant:
Iam paribus Phryges et Tyrii se moribus ultro
Et socia ingenti firmabant pectora amore
Concordique aequas miscebant foedere leges.
Auspiciis certis gentes atque omine fausto
Innocuos soles tranquilla per otia agebant.
His animus studiumque agiles in retia cervos
Cogere sectarique feras et cingere saltus;
Mane novo ductos alii sub aratra iuvencos
Sole cadente reducebant nec furta dolosve;
Horrea gaudebant frumento rupta coloni
Autumnique uvas Baccho donante premebant.
Talibus atque aliis longos virtutibus illi
Implevere dies: lucis pars ultima mensae
Est data, nox somnis; iubar aureus extulerat sol.
Quales tunc mores, quae vita, heu! quanta voluptas!
Non alios, donec Saturnia regna manebant,
Crediderim luxisse dies melioraque fata.
Ascanii postquam iuvenis maturuit aetas,
Regifica virtute nitet fortissimus armis
Et numerum heroum gestis praestantibus auget.
Quem pater emisit Romanam condere gentem
Et regere imperium pacique imponere morem,
Parcere subiectis et debellare superbos.
Protinus est alius bellator victus amore:
Nam soror Anna suo victrix denupsit Ïarbae.

Rasilis huic summam mordebat fibula vestem,
Crinis erat simplex, nodum collectus in unum;
Ex umero pendens resonabat eburnea laevo
Telorum custos, arcum quoque laeva tenebat.
Femina erat cultu talis, quam dicere vere
Virgineam in diva, divinam in virgine posses.
Iamdudum vidit iamdudumque Africus heros
Optavit flaccente genu flammasque voraces
Hausit et «o felix, si quem dignabitur» inquit
«Ista virum!» Nec plura; probavit et Anna maritum.
Dein medium Venus exsultans intravit Olympum
Et Iovis est complexa pedes sic ore locuta:
«Omnipotens genitor, qui solus ab aethere summo
Cuncta moves, qui res hominum curasque recenses,
Dum Teucros traheret fortuna inimica, recordor,
Spondebas finem aerumnis rebusque salutem.
Nec tua me promissa, pater, sententia fallit;
Namque omnes gaudere sacra sic pace per annos
Viderunt cunctae nullo discrimine partes.
Verum ad siderei missurum culmina caeli
Pollicitus magnum Aenean meritumque ferebas
Illaturum astris. Quid nunc sub pectore versas?
Iamque optat matura polos Aeneïa virtus.»
Illi hominum sator atque deum dedit oscula ab alto
Pectore verba ferens: «Quantum, Cytherea, potentem
Aeneam Aeneadasque omnes infessus amavi
Et terra et pelago et per tanta pericula vectos,
Nosti, et saepe equidem indolui commotus amore,
Nata, tuo. Nunc stat stabilis sententia menti,
Qua ductorem alto Phrygium succedere caelo

Institui, et firma est numeroque inferre deorum
Constat. Quin consortem astris ingentibus addam:
Auferat hora duos eadem, nec coniugis umquam
Busta suae videat neu sit tumulandus ab illa!»
Et suprema seni Aeneae cum coniuge cara
Lux aderat. Deus aetheriis descendit ab oris:
Tunc, ubi mortales coeperunt exuere artus,
Parte sui meliore vigent superique videntur
Protinus: augusta fiunt gravitate verendi.
Quos pater omnipotens inter cava nubila raptos
Quadriiugo curru radiantibus intulit astris
Immisitque pari caelo divinitus ambo;
Indigetes dicit templisque imponit honores:
Cura deum di sunt et, qui coluere, coluntur. ⊗

III.

Epilogo

La mia tu sei,
Il tuo io sono:
Che gioia, che dono,
Che grazia del ciel!

L'amore di lei
È sommo favore,
Rimedio del cuore
E porto fedel.

La mia tu sei,
Il tuo io sono:
Che noia (perdono!),
Che nausea del ciel!

L'amore di lei
È sommo dolore,
Tormento del cuore
E strazio crudel.

O amore, che miel!
O amore, che fiel!

L'amore è il ciel!
L'amore è il ciel? ⊗⊗